



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

LXXVI. Kirchenordnung des Bischofes Daniel von Verden, am 12. Mai  
1351.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56044)

Reuerendorum patrum Archiepiscoporum et Episcoporum in litteris expressatas, quibus nostre presentes littere affixe appendunt, pro ut rite concessae sunt, per nostras Ciuitatem et dyocesin verdensem omni eo iure seu ritu, quibus melius fieri potest aut consuevit, ex certa nostra sciencia et non per errorem presentibus nostris litteris approbamus et Ratificamus, volentes eas habere robur, ac si per nos essent concessae et indulte. Nichilominus quadraginta dies indulgentiarum criminalium peccatorum, pro ut de iure communi nobis attributa est potestas, omnibus vere penitentibus, confessis et contritis, qui in quolibet actu seu forma, facto in ipsis litteris Reuerendorum patrum singulariter expressatis se deuote participes redderint (sic!), — — de iniuncta eis penitencia presentibus relaxamus. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum in castro nostro Rodenborgh, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC quinquagesimo, ipso die Exaltacionis sancte crucis.

Aus dem Copiarium des h. Geist-Klosters zu Salzwebel fol. 12.

### LXXVI. Kirchenordnung des Bischofes Daniel von Verden, am 12. Mai 1351.

In nomine domini Amen. Ffrater daniel, dei et apostolice sedis gracia verdensis Episcopus, vniuersis prelatibus, Capitulis, Conuentibus, cleris ac clericis, cristifidelibus Religiosis ac Secularibus per verdensem Ciuitatem et dyocesin constitutis Salutem in domino et Subscriptorum obseruanciam inconuulsam. Pastoralis cura frequenter nos admonet, ut nostre dicionis clericis die noctuque cristo militare debentibus tranquillum pacis, quantum possumus, Statum studiose preparemus. Quocirca presentibus ordinamus, precipimus et mandamus, ut intra terminos archidiaconatus illius, ubi prelatum uel Religiosum aliquem aut clericum in sacris ordinibus constitutum et pro clerico se gerentem capi aut detineri contigerit, eo ipso cessetur ab officio diuinorum; Adicientes, ut in omnibus, in quibus prelatorum siue clericorum captiuatores eorumque complices ipsis in huiusmodi maleficio auxilium et consilium prestantes domicilium seu Jurisdictionem de facto uel de Jure noscuntur obtinere, in illis quoque locis, vbi tales receptaculum infra dictas Ciuitatem et dyocesin verdenses habuerint, usque ad realem prelatorum aut clericorum sic captiuatorum liberacionem et Satisfactionem condignam districtissime seruetur Interdictum. Preterea si que spiritualium personarum aut clericorum preda uel spoliū ad aliquam ciuitatem, opidum, villam aut castrum adduci contigerit, sacerdotes et capellani huiuscemodi locorum, postquam hoc per publicam famam sciuerint, non expectato super eo superiore mandato, abstineant quantocius a diuinis, donec preda uel spoliū illis, quibus ablatum est, in totum restituatur cum effectu. Contigerit eciam plerumque, quod iudices sedis apostolice delegati, ad quos in forma communi Rescripta diriguntur, mandati fines exedentes terras, Ciuitates, opida et villas alias pro pecuniario debito contra constitutionem Bonifacianam subiciunt interdicto, cum inuocacione super hoc interdum brachii secularis; Nos igitur statutorum prouincialium auctoritate presentibus declaramus, sacerdotes nostre Ciuitatis et dyocesis ad huiusmodi obseruanciam interdicti minime obligari, nec inuocacioni brachii secularis, quam sic faciunt, aliquatenus esse parendum. Insuper monetarum, Sigillorum aut litterarum quarumcunque clericos falsarios nullus scienter (sic!) Aut quominus capiantur et nobis presententur audeat prestare consilium, auxilium uel fauorem,

cum agentes et conficientes scripture testimonio sint pariepena puniendi. Nonnulli eciam elemo-  
 finarum questores cristifideles decipiunt inexpertos et questum extorquent fallaciter ab eisdem, ex  
 qua re districte precipimus, quatenus questores quoscunque, nisi nostris litteris testimonialibus eui-  
 denter sint muniti, efficaciter curetis remouere; Et si vltra vestram prohibitionem in ausu temerario  
 perfiterint, per vestros subditos capi, detineri, eosdem nobis oportuno tempore cum sic extorto questu  
 mittendos faciatis. Item cum quidam publici notarii suum tabellionatus officium per Ciuitatem ver-  
 densem et dyocesim aliquandiu minus prouide consueuerunt, ut dicitur, excercere, eapropter omnibus  
 et singulis publicis Notariis sub pena excommunicacionis late sentencie precipimus indistincte, ut  
 nullus eorum officio vtatur prelibato, nisi prius de sua institucione siue legali creacione nobis infor-  
 macionem efficeat (sic!) euidentem. Cum clerici concubinarij, qui famam negligunt et statum defe-  
 dant clericalem, sint quam plurimum detestandi, Ob hanc igitur causam districte precipimus, ut  
 nullus clericus publice retinere aut assumere deinceps focarias presumat villo modo; Alioquin contra  
 quoscunque publice, ut premititur, focarias tenentes ad priuaciones et alias penas canonicas indu-  
 bitanter procedemus. Item cum rationi sit consonum, illos non recusare onera, qui rerum commoda  
 complectuntur, districte precipimus, ut quilibet beneficiatorum, cuiuscunque gradus, condicionis aut  
 status existat, infra mensem continue succedentem faciat in suo beneficio residenciam cum effectu  
 personalem, Aut medio tempore coram nobis compareant, causam racionabilem ostensuri, quare ad  
 huiusmodi residenciam minime teneantur; alioquin ad penam priuacionis ipsorum, contumacia non  
 obtante, procedemus. Item cum beneficium datur propter officium, fructus redditus aut proventus  
 quorumcunque beneficiatorum in suis beneficiis post vnum mensem continue succedentem non resi-  
 denciam neque deseruenciam in hiis scriptis sequestramus, et fructus seu proventus taliter sequestratos  
 precipimus nostris commissariis suo tempore ad hoc deputandis sine diminucione qualibet assignari.  
 Consequenter precipimus, vt quilibet vicarij altarium perpetui in quibusuis ecclesijs constituti, nunc  
 in proximis a Jure statutis temporibus incipiendo, se faciant ad sacerdocij gradum promoueri, ne  
 fundatores in suis eleuatis deuocionibus et Ecclesie dictorum altarium in diuinorum obsequijs quo-  
 modolibet defraudantur (sic!), nisi coram nobis sufficienter ostendant, quare ad recepcionem huius-  
 modi ordinum in proximis statutis a Jure temporibus aut aliud legitimum impedimentum minime  
 teneantur. Item clericis quibuscunque beneficia seu redditus ad beneficia deputatos nondum insta-  
 urata seu confirmata habentibus districte precipimus, ut huiusmodi redditus seu beneficia infra spacium  
 duorum mensium immediate subsequencium faciant canonicè instaurari et eciam confirmari. Item  
 precipimus, vt sacerdotibus Ecclesijs parrochialibus ad tempus deseruentibus necnon presbiteris con-  
 ducticijs conueniens porcio ministretur (cum mercede mercenarius dignus estimatur), ut et nullum  
 clericum aliene dyocesis sine litteris commendaticijs nostris ad celebracionem diuinorum in ecclesia  
 sua recipiat, nisi de ordinibus et sacerdocio suo fuerit sufficienter informatus. Item districte pre-  
 cipimus, ut in basilicis, capellis et altaribus non consecratis ac eciam execratis missarum ac alia di-  
 uinorum officia nullatenus celebrentur. Illis eciam, qui humani sanguinis effusione violenta ecclesias  
 aut Cimiteria polluerunt aut opem ac operam pollutioni dederint, precipimus, ut infra mensem con-  
 tinue succedentem ecclesias et cymiteria predicta reconciliari procurent absque dilacione longiori.  
 Item precipimus, ut nullus clericus uel laycus, cuiuscunque status uel gradus existiterit, bona seu  
 homines ecclesie nostre verdenis seu aliorum monasteriorum et Ecclesiarum alienet seu alienare pre-  
 sumat seu sibi vsurpat (sic!) aut sub tytulo, qui muntlude dicitur, aut quouis alio tytulo aut colore  
 quesito ipsa uel ipsos proplacitet absque nostra et illorum, ad quos bona uel homines spectant, li-

encia speciali; Et qui aliqua bona uel homines nostre ecclesie seu aliorum monasteriorum et Ecclesiarum hactenus alienauerunt, Alienata infra mensem restituant sub excommunicationis pena, quam in contrarium facientes in nomine domini ferimus in hiis scriptis; Et si aliqui in dicta excommunicationis sententia ad tempora longiora permanerint, ad sententias excommunicationis in personas nominatim et interdicti in loca indubitanter procedemus. Ceterum quia circa correctiones et reformationes Monasteriorum sanctimonialium per canones Romanorum pontificum diuersa emanauerunt instituta, que per negligenciam quoque prelatorum nostre dyocesis minus debite obseruantur, precipimus et mandamus, ut in singulis monasteriis sanctimonialium regularis disciplina secundum constitutiones regule in singulis monasteriis obseruate et alias laudabiles et antique (sic!) consuetudines inuiolabiliter obseruentur, omnem ornatum superfluum in vestibus, pannis, lineis, velis, accubus, aurum et argentum publice uel occulte in zonis deferendo districte prohibentes; Et quia dictis sanctimonialibus non conuenit secundum Canonum instituta, se ceteribus secularium personarum immisceri, districte precipimus et mandamus, ne aliqua secularis puella in monasteriis nostre dyocesis, nisi de conuersione ipsius certa spes habeatur, sub modo eam docendi uel mores informandi a quibuscunque prepositis, Abbatissis, priorissis seu aliis prelatiis monasteriorum quocunque nomine uocatorum recipiatur uel ibidem detineatur; Et si aliquae sub tali forma in aliquibus monasteriis recepte fuerint uel detineantur ibidem, illas precipimus et volumus infra duorum mensium spacium immediate subsequencium per prepositos, Abbatissas, priorissas seu alias personas monasteriorum remoueri et parentibus remitti. Et nullas personas seculares seu dominas, cuiuscunque gradus seu condicionis exstiterint, ad pernoctandum infra cepta (sic!) monasteriorum, in quibus sanctimoniales habitant, volumus introueri, Districte precipientes, ne in aliquibus monasteriis aliqua puella in sanctimonialem assumatur, antequam sancte uisitacionis officium, quod domino disponente breuiter incipere et terminare intendimus, per nos aut alias personas idoneas, quas ad hoc deputabimus, compleamus. Et premissa omnia circa correctionem et reformationem sanctimonialium sub penis suspensionis ab ingressu ecclesie in prepositos et excommunicationis in abbatissas, priorissas seu quascunque alias sanctimoniales circa hoc delinquentes seu mandatum nostrum non seruantes, quas in contrarium facientes in nomine domini ferimus in hiis scriptis, precipimus inuiolabiliter obseruari ad correctionem et reformationem monasteriorum sanctimonialium, post peractum sancte uisitacionis officium, prout utilitatibus singulorum monasteriorum facultatibus ipsorum consideratis expedire uiderimus, indubitanter ulterius processuri. Item precipimus, ut in ecclesia matrici cuiuscunque loci singulis diebus hora uel quasi Completorii ter una campana notabilis sub pausa modica pulsetur, extunc homo quilibet cristianus ad honorem domini nostri iesu cristi et illibate uirginis matris sue Marie dicat unum pater noster et Ave maria; cuiuslibet sic deuote flexis genibus oranti et uere penitenti quadraginta dierum indulgencias de iniuncta sibi penitencia auctoritate apostolica et nostra ordinaria misericorditer relaxamus; Et hoc in predicacionibus ad populum tocens volumus publicari, donec in noticiam hominum plenarie deducatur. Item omnes et singulos prelatos, Ecclesiarum Rectores seu clericos quoscunque ad dictam nostram Synodum citatos non comparentes uel de nostra speciali licencia absentes iudicamus contumaces, pena contumacie nobis in posterum reseruata, ipsam, prout facti qualitas exegerit, procul dubio puniendam. Postremo uos scire volumus, quod post festum corporis cristi proxime futurum, quantocius poterimus, per nostras Ciuitatem et dyocesis uerdensem sancte uisitacionis officium disponente domino proponimus inchoare. Vos igitur uniuersos et singulos hortamur in domino, ut hec nostra mandata suscipiatis et tamquam obediencie filii ea una cum statutis prouincialibus in omni

fuo robore inuolabiler obseruetis. In quorum omnium et singulorum euidens testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum luneborch, Anno domini M<sup>o</sup>. CCC quinquagesimo primo, feria quinta proxima post dominicam Jubilate.

Aus dem Copiarium des h. Geist-Klosters zu Salzweel fol. 14.

LXXVII. Markgraf Ludwig verpfändet Schnakenburg mit dem Zosse an die Herzöge von Braunschweig, am 20. Mai 1351.

We Lodewich, von ghodes gnaden Marggreue to Brandenburg vnde to Lufitz, des Heylighen Romeschen Rikes Ouerste kemerer, Phallantzgreue bi Ryn, Hertege in Beyern vn in Kerntyn, Greue tu Tyrol vnd to Gorcz vnd vogt der godshuser agley, Trient vnd to Brihssen. Bekennen openbare, dat we von vnser weghene vnde van vnser Brodere Lodewig des Romers vn Otten, Marggreuen to Brandenburg, vn alle vnser eruen weghene hebbet vorfat vn vorfettet Snakenburch, dat wikbelde vnd den Tolnhof darfulues vnd den toln to Snakenburch Rek vnd rum mit allerhande nut, richte vnde rechte vn vriheit vn mit alle deme, dat dar to hort, geistlich vnde werltlich, bynnen vn buten, in watere vn in velde vn also, also se vns tohoret, vnser leuen Omen hern Otten vn hern Wilhelm, Hertoghen to Brunfwik vn to Luneborg, vn eren Eruen vn eren Nakomelinghen vor Ses dufent mark lodeghes fuluers kolnescher wichte vnde witte, der se vor vns dufent lodeghe mark rede bered hebbet vn we vif dufent ym schuldig sin van vnser hern vn vaders weghene keyser Lodewig van Rome, dem got gnedich. Vn we willet en van staden an antwerden laten Snakenborch, dat wikbelde vnd den Tollenhof vn den tollen, also als hir vorsproken is, vn se dar an setten vn in de were wifen rek vnd rum. Vnd hinderde se ieman dar ane, dat wille we vn vnse ammechtlude scollet on keren vn truwelken weren helpen, wan dat geefchet wert. Vn we vn vnse ammechtlude en scolden se fuluen dar ane mit nichte hindern vn nenerleyge stucke beden edder vorbeden eder up setten, dar de toln to Snakenburch mede erghert worde. Vnde alle de Schep, de de Elue nedder vn upgat edder vletet, de scole mit alledeme, dat dar inne is, vor vns vn vnser ammechtluden vn vor alle den, de dorch vns dun vnd laten willet, velich wesen. Vnde wat se vorbuwet to Snakenburch, dar men den tollen af becrechtegen vnde beholden mach, dat se redeliken bewifen moghen, dat schullet se vppe dat wikbelde vnde den toln to Snakenburch vnde dat dar to horet slan. Ok so en sculle we vnde willet Snakenburch vnde den toln vnd al de vorbenomden stucke edder wat dar ut nemende vorfetten, vorkopen, vorlyen, vorweflen, vorgheuen, laten, vor reden edder vobreuen edder vorplichten, we en hebben en eder eren Eruen vnde eren nakomelingen de Ses dufent lodeghe mark fuluers vnde wat se darane vorbuwet hebbet, altomale mit redeme fuluere bered vnde betalet, also dat se des geldes mechtig sin vnde dat velich enwech bringhen vnde in eren nut keren moghen. Vnde alde wile, dat we on dat vorbenomde ghelt nicht betalet en hebbet, so scole we se rowelken sitten laten in deme tollen vnde in deme wicbelde to Snakenburch vnde in deme, dat dar to horet vn se in der were beholden. Vnde